Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



15

Hec dicit dnis · Christo meo cyro cuius apprehendi dexteram ut subiciam ante faciem eius gentes · et dorsa regum vertam · Et aperiam coram eo januas · et porte non claudentur · Ego ante te ibo · et gloriosos terre humiliabo · Portas ereas conteram · et vectes ferreos conflingam · et dabo tibi thesauros absconditos et arcana secreta · ut scias quia ego dominus qui voco nomen tuum deus israel · Propter servum meum iacob · et israel electum meum · Et vocavi te nomine tuo · assimilavi te et non cognovisti me · Ego dominus et non est amplius · Extra me non est deus · adaperi te et non cognovisti me · ut sciant hi qui ab ortu solis usque ad occidentem quia absque me non est deus · Ego dominus et non est alter · formans lucem et creans tenebras · faciens pacem et creans malum · Ego dominus faciens omnia hec · Rorate celi de sup et nubes pluant iustum aperiatur terra et germinet salvatorem · et iustitia orietur simul · Ego dominus creavi eum

Oratio

domine potentiam tuam et veni ut salvos facias nos ℣ Qui regis israel intende qui deducis velut ovem ioseph qui sedes sup cherubim appare coram ephraim benjamin et manasse · Oratio gr.

Preces populi tui quesumus domine clementer exaudi · ut qui iuste propter nos afflicti sumus pietatis tue visitatione consolemur · Qui cum · Canon ppheie

In diebus illis · angelus domini descendit cum azaria et sociis eius in fornacem et excussit flammam ignis de fornace · et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantis · Flamma autem diffusa est sup fornacem cubitis quadraginta no-